

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

11. Ut Episcopus duos solidos tantùm à Presbytero accipiat cùm suam  
diocesim circuit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ut si Episcopus hoc explere nequiverit, suos  
vicarios dirigat. *Ex eodem Concilio  
tit. vi.*

IX. Quod si Episcopus aut languore deten-  
tus aut aliis occupationibus implicatus id ex-  
plere nequiverit, Presbyteros probabilis vitæ  
aut Diaconos mittat, qui redditus basilicarum  
& reparations & ministrantium vitam in-  
quirant.

Concil. Tolet.  
4. c. 36.  
Burchard. lib.  
1. c. 87.

Ut Episcopi suam diocesim visitent. *Ex  
Capitulis synodalibus Karoli  
Augusti.*

X. Ut Episcopi circumneant parœchias sibi  
commissas, & ibi inquirendi studium habeant  
de incestu, de parricidiis, adulteriis, & aliis  
malis quæ contraria sunt Deo, & quæ Chri-  
stiani devitare debent, & infra illorum parœ-  
chias Ecclesiarum, quibus necesse est, emen-  
dandi curam habeant. Similiter tam nostras à  
nobis in beneficium datas quam & aliorum  
summo studio provideant.

Vide lib. 5.  
Capitular. c.  
94. 109. &c  
365.  
Videt. 2.  
Concilior.  
Gallia pag.  
248. c. 32.

Ut Episcopus duos solidos tantum accipiat  
cum suam parœchiam circuit. *Ex  
Concilio Bracarense tit. x.*

XI. Placuit ut nullus Episcoporum, cum 10. q. 3. e. 1.  
suas dioceses visitat, præter honorem cathe-  
dræ sua, id est, duos solidos, aliquid aliud  
tollat per Ecclesiæ, neque tertiam partem ex  
quacunque oblatione populi in Ecclesiæ par-  
œchialibus requirat; sed tertia illa pars pro  
luminaribus Ecclesiæ vel reparatione serve-

C ij

## 36 REGINONIS LIB. I.

tur, & singulis annis Episcopo exinde ratio  
fiat. Nam si tertiam illam partem Episcopus  
tollat, lumen & sarta recta Ecclesiæ abstulit.

De Episcopis qui non visitatis parrœchiis  
preium servitutis requirunt. Ex Concilio  
apud Triburias habito temporibus Arnul-  
phi Regis tit. xxvi.

Burchard. lib.  
I. c. 229.

XII. Delata est coram sancta synodo que-  
rimonia plebium, eò quod sint quidam Epis-  
copi nolentes ad prædicandum vel confirman-  
dum suas per annum parrœchias circuire, qui  
tamen exigunt ut mansiones, quibus in profe-  
ctione uti debuerant, alio pretio redimant qui  
parare debent. Quæ duplex infamia & negle-  
gentia & avaritia sanctæ synodo horro fuit  
magno; & statuerunt ne quis penitus ultra  
exerceat id cupiditatis ingenium, & ut sollici-  
tores sint Episcopi de suis gregibus visitandis.

De eadem re. Ex Capitulis synodalibus  
Karoli Imperatoris tit. xciv.

Lib. I. Capi-  
tular. c. 100.

\* adm. à n.

\* min. f.

\* apud hos

\* ne cor.

XIII. Ne verò Episcopi occasione prædi-  
candi aut confirmandi oneri essent populis, \* à  
nobis admoniti polliciti sunt se deinceps hoc  
cavere velle & eo tempore \* suum ministri-  
um, in quantum facultas datur, exequi, \* his  
quibus prodesse possunt, non quo \* eorum  
profectio, quantum in illis est, sit importuna  
vel onerosa.

Perturbatus est ordo istius capituli apud Re-  
ginonem. Exhibuimus heic lectionem codicis  
Parisiensis. Editio Helmstediensis non est  
multum diversa. Varias lectiones adnotau-